

III.
REGNUM MORTUORUM.

Nro. 65.

*Secretum litterarum commercium inter Vivos
et vita functos.*

Elysium-Meum.-Die Martis 19. Sept. 1809. (Neov. 1. Sept. 1809.)

Joannes Christ. Herchenhahn — amico suo.

Percepi nuper Care Amice! litteras ex superiore mundo, quae argumento erant patientis animi & promptitudinis hodierni aevi — haec in iis memoratu digna legebam:

„Graves sunt dolores, qui belli adjuncta comitantur, verum spem quoque continent: eos non diu duraturos esse. Id ratio hodie belligerandi secumfert. Immani cum multitudine hominum in arenam proditur, qui promtuariis carent, cum iis continuo pugna initur, cumque immensi id genus exercitus nequeant uni loco diu immorari, quod ejus cunctae vires brevi tempore exhauriantur, neque is media sustentationis suppeditare valeat, lucta usque prosequenda est, quo alterutra pugnantium pars, aut succumbat penitus, aut pacis denique consilia amplectatur. Immanes sumtus, quos ingentes exercitus deposcunt, qui in campum producuntur, compendium bello adferunt, at una & pacem brevioram reddunt. Eadem quippe Statuum, quae singularium hominum ratio est; iisdem cupiditatibus, iisdem affectibus ducuntur.

Si alter bello jacturam ferat, continue amissa recuperandi causa novum bellum adparat, quo fit: ut nostræ paces solum Induciarum, bella vicissim una pugna, unum prælium sit. Mala orta a tali fulmine innumera sunt quidem, at spem comitem habent, excessu suo concidere; bella proin hodie nequeunt durare, præprimis si omnis industria, omne commercium interrumpatur. Imperantes quoque populorum multo majore perspicacia & humanitate polent, quam ut bellum perpetuum reddant, quo omnes æque miseri, æque egeni fierent. Sumtuositas belligerationis bella omnia breviora facit paucum, tandem finem iis imponere debet.

Hæc commentatio probatam experientia veritatem in Continente continuerit, verum in pugna adeo perseverante Galliam inter & Angliam mari? — Hic nullum compendium belli adparet, contra bellum perpetuum tessera est Anglorum.

Jam olim in hoc argumento multa adverti memini: A Gallia adversus Angliam bella pro salute, libertate, Jure in mari, geri; at Anglia sancta pro re pugnat, puta: pro conservatione sui. Moesta est hæc pugna duorum nullo officio adstrictorum hominum pro tabula natante post naufragium, quæ ab alterutro solum arripi, alterutri salutem ferre potest. —

Quis hinc dirimet: uter majore Jure poleat? — id satis mali: fortunam unius, alterius partis exitium esse debere.

Hodierne
ne & pote
Si Napoleo
pacem pet
ses comm
merciali A
sternere d
conditione
lumentum
imperturb

Inter
locis pot
lum iis i
tem pertu
lia, Hæc

Ut
de 16.
dicitur,

„M
vobis an
ubi ad
suspica
hostiles
30 torm
impedin
lem co
non po
enim c
Manca
ledum
qui ad
Albero
jorem

Hodiernum bellum rursus pro magnitudine & potentia Galisum dirimens bellum est. Si Napoleo adversam expertus fortunam ad pacem petendam adactus fuisset, eorum Classes commerciales suas deinceps Codici Commerciali Angliæ, aut potius ejus arbitrio substernere debuisset. — Contra faventem nactus, conditiones pacis præscripturus, tantum emolumentum tulit, ut pugnam adversus Angliam imperturbate prosequi possit.

Interea Angli ex parte maris quibusvis locis potiti sunt, unde excensionis periculum iis impendebat, quæque situi Continentem perturbandi serviret. Exercitus in Sicilia, Hispania, & Insula Zelandia.

Ut res in Hispania se habeant, Gallicæ de 16. Aug. Madrito paginæ in Jusso, ut dicitur, diurno perhibent:

„Milites! Cum ante triduum (die 9 h. m.) vobis annunciarem: Combinatum exercitum, ubi ad *Talaveram* cæsus, per Tagum fugisse, suspicari licuit, quod evenit. Agmen 9num hostiles secundarias copias affectum est, iis 30 tormenta, omnia Comineatus plaustra, & impedimenta ademit; multos cæcidit, notabilem copiam cepit. Quod vero prævideri non potuit, est proelium ad *Almonacid*. Ut enim credi potuisset: exercitum provinciarum *Mancans*, quamquam 40000 numeraret, Toledum proficisci ausurum? eum exercitum, qui ad primum de reditu vestro rumorem, *Albercha* per Tagum reversus, ad Villam majorem equitatu non obstitit, & ante Toleda-

nam stationem profligatus est? Interim hic exercitus nocte diei 10 gradum revocavit, agmina omnia contraxit, & adversus 4 agmen, subsidiariasque copias profectus, victoria haud diu anceps fuit. Duces, milites equites peditesque perturbari coeperunt, & in effusam fugam coniecti. Jam jam 35 tormenta, 100 plaustra commeatus. 200 currus in nostris manibus sunt; hostis 3000 cæsos, innumeros saucios, 4000 captos, plura vexilla amisit, qui ex arena se subdlexerant, dispersi militarem existentiam non habent amplius, omnia hæc fata, innumerabiles, Madritum usque penetraturi exercitus subiverunt. In principe hospitio Madrideo die 12. Aug. 1809. Subs.

Josephus.

Quis Anglorum in Sicilia versus Neapolim status, ex his cognoscitur:

Neapoli 16. Aug. Hesterna Napoleonea singularibus adjunctis resplenduerunt. Ex vespere diei 14. Clavicularia Neapolitana, constans Fregatta, Corvetta & 80 circiter tormentariis scaphis, ante urbem anchoris adfixa consistebat, solitas tali occasione tormentarias salutationes editura. Eodem temporis articulo, quo rex 14—20000 armatorum oræ adstantium Gallorum lustraturus equum conscendisset, 4 Anglicana navigia & 80 circiter tormentariæ scaphæ, Claviculariam adorturæ adpropinquare. — Rex, factis ad disponendam rem maritimam ordinibus lustrum suscepit. Jam fruebatur elegantissimo spectaculo, quod mente quidem conceipere is solum

potest, c
est. — S
oram ar
tionibus
tormento
no rebos
nia acci
scenæ i
quod pe
admodu
res poti
edere vi
duos in
deramu
At
sis in
gari po
Ne
ginæ
memor
Anglis
la Wa
adstric
stantes
esse.
lum F
lo in
D
ex Po
A
aquila
omnit
lonis

potest, qui urbis Neapoleos situs probe sciens est. — Solis erat occasus, 20000 viri ad oram armati consistebant, placide exercitationibus militaribus vacantes, interea 2—300 tormentorum eructationes in sinu Neapolitano reboare. Ingens spectatorum, ad solennia accitorum turba ad oram singulari huic scenæ intererant, cujus elegantiam accessit, quod periculi expers fuerit. — Angli remoti admodum constitere, & propemodum jubilares potius salutationes, quam hostiles actus edere videbantur. Nocte Angli recessere. Nos duos in tormentaria navicula sauciatos desideramus.

At multo majores tertiam Anglicanæ Classis in Zelandia progressus, hæc solum promulgari possunt:

Novissimæ Hollandicæ de 24 hujus paginæ de bellicis ad Scaldim eventis, nihil memorant. Privatæ litteræ perhibent: Ab Anglis quosvis hollandicos Officiales in Insula Walchria Regi M. Britannicæ Juramento adstrictos, & in fidem receptos esse; detrectantes ex Insula ad Continentem relegatos esse. Eadem contendunt: ab Anglis Castellum *Friderici Henrici* ad Scaldim prope Lillo in potestatem redactum esse.

Dum hæc Anglicana exequitur alacritas, ex Polonia hæc adferuntur:

Varsovia 14. Aug. Leopoli Gallicanæ aquilæ necdum erectæ sunt, quod Russi in omnibus, a se occupatis, quamquam a Polonia recuperatis; urbibus Austriacas retine-

rint. At circum Leopolim Polonicus Dux
Kamienski Gallicas affixit.

Incolæ Leopolitani a Polonico Gubernio,
Russicis sub imperio Gen. Ducis B. a *Müller-*
Zakomelskji copiis intuitu victualium omnem
commoditatem præstare jussi sunt, ea cum
præmonitione: id onus momentaneum, neque
diuturnum patienti animo tolerandum esse.

Nuper 8000 Tartari ex Russia Ukrainam
ingressi, quo ulteriore fine? ignoratur. —

His diebus modicum Russorum agmen
Duce *Sieures* urbe Cracovia & regione de-
cedit. Propediem Russi Galicia excessuri
Turciamque petaturi dicuntur. Pars quoque
Copiarum Polonicarum eo destinata fertur, ut
communem cum Russis causam agat.

Legiones Polonicæ ex Ducatu Varrovi-
ensi utpote: 13. 14. 15. & 16. pedestris, 7.
item 8. 9. & 10. Equestris cum binis venatorum
ex Lowza & Posena turmis a Calen-
dis Septembris in Gallicis sunt stipendiis.

Publicis paginis *Berolino de 12. hujus*,
hæc continentur:

Rumor sensim recrebescit: regem &
aulam propediem isthuc venturam, mox eva-
nescit rursus; fidemque, quæ toties jam fefel-
lit, amittit; Vacationis tempore ab hujus
rumoris repetitione, varietatis gratia spargi-
tur de novo: Marchiam usque Oderam in vicem
restantis amplæ contributionis Gallicæ ceden-
dam esse, Regnoque Vestphaliæ adjiciendam,
ejusque regem Berolini domicilium fixurum
&c in hoc ancipiti statu, & inter sacrum sa.

xumque
diversor
nonnull
præsenti
ratores
examin
quod Re
jacturam

Vin

avia nos
in volu
dia phy
quidpia
stationi
perfioie

Pa

ropæ n
pontide
tura dic
procura
ris den
quod t
votoru
quoque
feret.

ca rati
District
cum h
incept
& Bav

H
lis Ca

xumque, spem & metum, suspiria & vota diversorum finium, tempus labitur. Agendi nonnullorum publicorum Officialium ratio de præsentis disquiritur; ita hujates lignorum Curatores muneris prorogationem accepere, examinique subjecti; duo in carcerem asti, quod Regia lignorum administratio continuo jacturam tulerit. —

Vindobona 26. Aug. Neque venerabilis avia nostra: *Ephemerides Vindobonenses*, quæ in volumine, longitudine & latitudine media phyllira defecit, neque privatæ literæ quidpiam de pace memorant, imo nec de tractationibus pacis — opus nihilominus brevi perficiendum dicitur.

Pax hæc, politicæ externæ vestî Europæ novam formam data est, quæ ad *Propontidem usque* porrectura, opus durabile futura dicitur, universo Continenti conditionem procuratura, quæ, omnia devoranti temporis denti obniscuta est, quæ etiam ratio fuerit, quod tantum temporis labatur usque Epochæ votorum nostrorum illuceat. In Germania quoque hæc pax momentosas mutationes proferet. Jam jam fertur, (at absque authentica ratione) potissimam superioris Danubiani Districtus partem, cujus princeps locus *Ulma*, cum hac urbe Regi Wittenbergæ cessuram, deincepsque Brentzæ limitem Wittenberg. inter & Bavariam ad lævam Danubii oram futuram.

B I O G R A P H I A.

Herchenhahn (Joannes Christianus) actualis Cæs. Imperialis aulicus Agens Vindobonæ,

natus Coburgi Fridis Cal. Junii 1754. in eja-
 te Academico Gymnasio eximios in Philologia
 & Scientiis progressus, præcipue in dilecta
 sibi historia & Philosophia fecit. Auditis
 1776 Erfurtensis Universitatis Doctoribus A.
 1777 ceu institutor duorum Baronum a Mandelsloh Jenam profectus, ejatibus Jurium in-
 stitutoribus operam dedit. Cum Aulici Imp.
 Consilarii a *Braun* filiorum institutor fieret
 1779 Vindobonam veniens opportunissimam
 occasionem nactus intrinsecam Imperialis aulici
 Consilii Constitutionem sibi familiarem red-
 dendi; qua insigniter eum usum probat edita
 ab eo excellens *Caes. Imp. aulici Consilii
 historia*. Solers fontium studium, notitia
 optimorum & novissimorum operum, de quo-
 vis singulari argumento exacta dispositio,
 amoenaque propositio præcipuæ dotes sunt
 hujus operis. In ædibus Braunii *historiam*
 quoque *Austriacorum sub Babenbergicis prin-
 cipibus, vitamque Josephi I.* concinnavit.
 Postquam 1789 a Duce Meiningense, & Prin-
 cipe Schwarzburgo-Rudelstad. dignitate Con-
 siliarii legationis exornatus fuisset, 1792 actua-
 lis Imp. aulici Agentis munus adeptus est, in
 quo sua dexteritate rerum expediendarum fi-
 duciam & adprobationem promeruit eorum, qui
 ejus opera usi. Scripsit: *vitam Wallensteinii,
 historiam Caes. Imp. aulici Consilarii* dictam
 pluraque adhuc præclara opera publicæ luci
 editurus fuisset, nisi sæva Atropos VIII. Cal.
 Maji 1795 filium vitæ improbæ diligentæ viro
 præcidisset. Morum quoque probitate & ani-
 mi honestate se commendavit.

RE

D

Elysium-Me

De Repu

Prov

Concord

xima

Prof&

dicos v

quisvis

tidie le

forme t

cum ge

hio Prop

vatioina

mas au

nem ev

Mi

te sinist

git —

Ho

sus est

thagne

huno p

etate

aub sol

aum h